

tim agnoscit . „ Unde (*inquit* (1)) idem ipse unus ma-
 „ nens Christus & Filius & Unigenitus , inseparatus in-
 „ utrisque naturis conspicitur , & quæ sunt utriusque sub-
 „ stantiae , naturaliter operabatur , secundum insitam uni-
 „ cuique essentialē qualitatē sive naturalem proprie-
 „ tatem . Quodsi naturam haberet singularem & inconjun-
 „ tam , sicut & substantiam atque personam , non ageret
 „ utique , neque unus idemque Filius & Christus perfecte
 „ efficeret quæ utriusque erant naturæ . Quando enim Dei-
 „ tas expers corporis naturaliter operata est ? Vel quomo-
 „ do corpus Deitate fructratum actiones operatum est , quæ
 „ essentialiter Deitatis esse noscuntur ? Verum Emma-
 „ nuel , dum unus est , in eo ipso utraque , idest , Deus
 „ & homo , quæ naturæ utriusque sunt , veraciter gesit ,
 „ secundum aliud , atque aliud , quæ gesta sunt operans :
 „ secundum quod Deus quidem est , idem ipse est , quæ
 „ divina sunt ; secundum quod homo , idem ipse est ,
 „ quæ humana sunt : seipsum omnibus volens ostende-
 „ re , quod Deus idem ipse , & homo sit : & ideo ipse
 „ tam quæ divina sunt agit , quam quæ humana , simi-
 „ liter & dicit & loquitur . Non aliud quidem miracula
 „ operatus est , aliud autem perpetravit humana , passio-
 „ nesque sustinuit , sicut Nestorius vult , sed unus qui-
 „ dem idemque Christus & Filius , & divina gesit , &
 „ humana , secundum vero aliud , & aliud , sicut divinus
 „ docuit Cyrilus , quia & in utrisque habuit potesta-
 „ tem inconfusam , nec non & impartibilem . Secundum
 „ quod Deus ergo , sempiternus , idem ipse existens ,
 „ patrabat miracula ; secundum quod homo vero , idem
 „ ipse modernus agnoscetebatur , & faciebat humilia & hu-
 „ mana . Sicut enim in Christo utraque natura indimi-
 „ nute proprietatem suam custodit , ita & operatur utra-
 „ que forma cum alterius communione , quod proprium
 „ habuit ; Verbo operante quod Verbi est , cum com-
 „ munione scilicet Corporis ; & carne exequente quod
 „ carnis est , communicante ei videlicet Verbo in eadem
 „ operatione , dum quando hæc in una substantia co-
 „ gnoscantur , & in una persona considerentur ; & insul-

(1) Tom. vii. Con. Labb. edit. Venet. pag. 902. & seq.